

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XXXVIII. Declamatio de Veritate amplectenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

buit cum L. Paulo aduersus Hannibalem proficiente: Veritatem, inquit, laborare nimis s^ep^e ajunt, extingui nunquam.

Ad hæc tanta vis est Veritatis, ut illius hostes eipersæpe testimonium inviti dare compellantur, & per ipsorum jugula non raro erumpat.

II. Locus ab aliis ejus adjunctus, quod ea sola sit æqua; vinum iniquū, iniquus Rex, iniqua mulier: quod ea sola æterna sit, cetera interitui obnoxia.

In PERORATIONE monebis Auditores, ut non solum tanquam æquissimi veritatis judices pro Veritate sententiam ferant, sed etiam omni tempore Veritatem, tanquam charissimam omnipotentis Dei filiam, colant, amant, obseruent; neq; hac in re inferiores sint Ethnici, qui Veritatem tantifecerunt, ut eam cœlicivem esse, & solam convictu Deorum fruidixerint.

XXXVIII. DECLAMATIVNCVLA ad studiosam juventutem de Veritate unicè complectenda.

EXORDIUM ducetur ab occasione huius Declamationis: Quod superioribus diebus in Isocratis locum incideris, ubi Nicoclem Regem hortatur, ut Veritatem sic in se apparere sinat, ut dicta sua plus ponderis habeant, quam aliorum sacramenta.

PROPOSITIO: Proinde te pro tenuibus ingenii viribus de Veritate unicè amplectenda dicturum, maximè cum homo natura ad eam indagandam sit proclivis & propensus.

CONFIRM. I. **Locus**, ducetur ab excellentia; *Luc. i. v. 6. 8*
quam inde docebis, quod Deus *Psal. 30. v. 6.* dici- *Esa. v. 4.*
Deus veritatis, & Spiritus Sanctus apud S. Ioan. *Demosth. in-*
Spiritus Veritatis, & Christus ipse se hoc nomine *terrogatus,*
compellavit, dicens: Ego sum via, veritas, & vita: *quid Deo si*
atque etiam coram Præside Pilato contestatus est, *mile habe-*
Pars I. *rent homi-*

K fe ye-

*nes? Respon-
dit, benignè
facere, &
veritatem
diligere.*

severitatis docendæ & divulgandæ causa in hunc mundum venisse. Eandem dignitatem docet trium juvenum corporis Regii Darii custodum certamen, in quo vicito usque tertii sententia, omnibus præferentis veritatem, ut omnes populi acclamarint, & dixerint: *Magna est veritas & pre-valet.* Rex autem dixerit victori: *Pete si quid vis amplius, &c. proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis.*

*Ex. veritate
homo esti
matur ut ex
vnguib. leo:
quia ex ea
liberalem
intelligemus
naturame
Syr. 4. v. 30.*

II. Locus à forma hominis: quod ad imaginem Dei creatus sit, quodque tum maximè Deo similis futurus sit, cum veracissimus fuerit, nunquam aliud, quam quod res est loquens: *Deus enim Ve-ritas est.* Hinc Ethnicus etiam Pythagoras interrogatus, quidnam homines potissimum similes diis faceret, cum vera respondebat loquuntur. Hanc etiam ob causam dices Isocratem voluisse veritatem maximè in rege esse, quod, ut is autho-ritate proximè ad Deum accedit, itidem virtute ad eum accedere debeat.

III. à turpi. Quod ergo turpissimum foret hominem Deo simillimum, hanc virtutem negligere, & sic se deformare, ut cacadæmoni fœdissimo & reterritimo se similem efficiat, quod sit, cum quis misla veritate mendacium sectatur, cuius malignus ille spiritus author & parens est.

IV. à necessitate, quæ inde evincitur, quod Spiritus sanctus passim in Verbo suo scripto vetat, arguit, & damnat omnia, quæ repugnant veritati, ut mendacia, dolos, hypocrysin, & fucos; & jubet, ut veritatem in omnibus queramus, loquamur, & doceamus.

Tempus o-
mnia reve-
lat.

V. ab effectis seu fructu multiplici. PRIMO, quod faciat nos veritas Deo gratissimos, juxta Proverbium: *Simile gaudet simili:* & mendaces tandem reddantur infames & odiosi, & cum innotescit veritas, quæ ad tempus quidem, sed non semper po-test

test latere. Rectè enim Pindarus, tempus omni- *ληθη ex*
 um parentem esse asseverat, & Poëtæ veritatem *αληθεια id*
 filiam temporis esse dixerunt, quæ etiam inter- *est, oblivio*
 dum facillimè nec quæ sita, aut investigata, sua vi *q.d.carentia*
 & luce patet, seu, ut Menander ait, in lucem ve- *oblivionis,*
 nit. SECUNDÒ quod iis maximè felicitas æterna *diu enim*
 adjudicetur, qui veritatem amant, & ab omni do- *laterne non*
 lo & furo sint alieni (Psal. 14. v. 1.) TERTIÒ, expu-
 gnat hæreses, & omnes errores, hinc Terrul. lib. I.
contra Marcionem: Veritatis cuneo omnis extru-
 ditur hæresis.

VI. à jucunditate. Vnde S. Augustinus (lib. 2. de lib.
 arbit. c. 13.) Solemus, ait, audire voces clamantium se
 beatos, si jaceant in rosis aliisque floribus, veletiam un-
 guentis, odoratissimis perfruantur. Quid fragrantius,
 quid jucundius inspiratione veritatis? Et dubitamus
 nos, cum ab illa inspiramur, dicere beatos? &c.

In PERORATIONE monendis sunt Auditores, ut po-
 tius sanguinem profundant, quam veritatem se-
 mel agnitar deserant.

XXIX. VITUPERATIO BLA- sphemia.

IN EXORDIO recense, ex c. 28. Syracidis, & c. 3.
 Epist. Jacobi quod mala creer licentia linguae.

In PROPOSITIONE dices, te de uno duntaxat eius
 malo, de blasphemia dicturum.

CONFIRM. I. Locus, ab atrocitate huius peccati, *Mat. 12. v. 32.*
 quam explicat Divina scriptura, cum ait. PRIMO, *B. Indas in*
 Blasphemiam quandam nec in hoc seculo, *Epist. v. 9.*
 nec in futuro remitti, quod de nullo alio pecca- *Esa. 7. v. 1.*
 to dicitur. SECUNDÒ, nec Michaelem Archan- *Matth. 2. 6.*
 gelum ausum fuisse diabolo, licet dignissimo, *v. 65.*
 judicium inferre blasphemiarum. TERTIÒ, Ju- *Act. 14. v. 13.*
 dæos ad auditam blasphemiam vestes discidisse *Iob. 2. v. 10.*
 ut Rex Ezechias audita blasphemia Rabsacis.
 QUARTÒ, uxorem B. Job ne nomine quidem
 K 2 blasphe-